



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sacerdos admonere debet populum super decimis soluendis. c. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

speram cum omni veneratione observari decrevimus, et ab illicito opere abstinere: et ut mercatus in eo minime sit, nec placitum, ubi aliquid ad mortem vel ad penam iudicatur. Nec sacramenta uentur, nisi pro pace facienda.

Sacerdos debet monere populum super decimis persolvendis. Ca. 11.

Debet et Sacerdos populi admonere de decimis deo soluedis, sicut dicit sanctus Augustinus, qui in concilio Augustini. ca. allegatur. Decime ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus: Numpe meus es homo, mea est terra, quam colis: mea sunt semina, quae spargis, mea animalia, quae fatigas: meus est solis calor. Et omnia mea sunt, tu qui manus accommodas, sola decima merebaris. Sed reseruo tibi novem, da mihi decimam. Si non dederis mihi decimam, auferam novem. Cum itaque Iudaicus populus preceptum decimarum tanta diligentia observaret, ut de minimis quibusque olusculis, rufa uerba menta, et crimino (ut et dominus testatur) decimas darent: cur non maiori studio plebs euangelica eandem impleat iussione, cui et maior numerus est sacerdotum, et sincerior cultus sacrorum? Ideo ergo dandae sunt, ut hac deuotione deus placatus largius proficiat quae necessaria sunt, sicut superius ostendimus. Erunt sacerdotibus ac ministri ecclesiae cura et sollicitudine necessitatum corporaliu, sine quibus haec uita transigi non potest, releuata: ut liberiores fiat ad meditationem diuinae legis, et doctrinae administrationem, atque spiritualis seruitij uoluntariam expletionem. Et ut munus populi quotidiana oblatione domino immolet, necnon haec statuta canonica in sustentationem pauperum, et restitutionem ecclesiarum proficiat: quatuor partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent, ut una sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta uero ad restorationem ecclesiarum seruetur. **Ex eodem concilio Augustinensi. Capit. 38** Admonemus atque precipimus, ut decime deo omnino dari non negligantur: quas deus ipse dari sibi constituit: quia tunedum est, ut quisquis deo suum debitum abstrahit, ne forte deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua. **Ex concilio Manetensi. Ca. 159** Precipiendum secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris et hominibus sepeliendis nihil muneris exigat: nisi forte qui sepelitur, uiuens iusserit

Admonitio sacerdotum.

7

ferit ecclesie, in cuius atrio sepelit, de suis rebus aliquid tribue-
re: aut et post mortē illi, quibus commissum est eius elemosy nā fa-
cere, de rebus illius aliquid dare sponte voluerint. Tñ nullatenus a
psbyteris illis aliquid exigat, siue ab illis, qui locis et vigis pñunt.

**Sacerdos semp sacruz chrisma deferre, et in quouis honeste
se habere debet. Cap. 17. Ex concilio Basicensi. Ca. 5.**

Nullus psbyterozus in plebe sibi commissa sine chrisinate
vnuquam debet progredi: qz inter nos placuit semel in ba-
ptismate chrisinari. De eo aut, qui in baptismate quacunqz ne-
cessitate faciente non chrisinatus fuerit in confirmatione sacer-
dotis perficiat. **Ex consil. Apud Valentiam. Cap. 2.** Psby-
teri qz diocesanas regūt ecclās, nō a quibuslibet ep̄is, sed a suo,
nec p̄ iuniorē clericū, sed p̄ seip̄os, aut p̄ illos, qui eiusdem ordi-
nis sint, ante pasche solennitatem chrisina petant. **Ex concil.**

llo Turonensi. Cap. 3. Observādū est, vt sacru chrisina, et oleum
consecratam semper sub sera sit me illud vnde Christo incorpo-
ramur, et vnde oēs fideles sc̄ificantur, vnde reges et sacerdotes
inungunt, aliquis infidelis, aut inimicus tangat: aut aliquis p̄-
fidis ad dei iudiciū subvertendū surripiat: quod experimento
didicimus. **Ex concil. Neocesariensi. cap. 7.** Psbyterum

in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cum penitentia
bigamus indigeat, quis erit psbyter, qui propter conuiuium
talibus nuptijs possit prebere consensum? **Et dictis beati**

Augustini. Psbyteri, diaconi, vel subdiaconi, vel deinceps
quibus ducere vxores non est licitum, etiam alienarum nuptia-
rum euent conuiuia: neqz his cętibz admisceantur, vbi ama-
toria cātant, et turpia, aut obsceni motus corporū ebriis et salta-
tionibus efferuntur: ne auditus et obtutus sacris mysterijs de-
putatus turpiū spectaculorū atqz verborū cōtagione polluat.

Ex concilio Africano. cap. 6. Pro reuerentia Dei et sacer-
dotum id vniuersa sancta synodus statuit, vt quia solent crebro
mensis otiose fabule interponi, in omni sacerdotali conuiuo le-
ctio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim et ani-
me edificantur ad bonum, et fabule non necessarię prohibētur.

Ex concilio Antiocheno. Cap. 11. Siquis ep̄s, aut psbyter,
aut quilibet regulę subiectus ecclesie, p̄ter consiliū et literas
ep̄ozus puincie, et p̄cipue metropolitani adierit Imperato-
rem,

rem,